10

Augustus II Dei Gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masouiae, Podlachiae, Podoliae, Kijouiae, Volhyniae, Livoniae, Samogitiae, Severiae, Smolensciae, Czerniechouiaeq; Nec non Hereditarius Dux Saxoniae Princeps et Elector.

Significamus praesentibus Literis Nostris quorum expedit universis et singulis. Quia Nos utilitati publicae proficuum esse Librum in Quarto sub titulo Rycerska Zabawa per Generosum Adamum Dzięgowski Viceinstigatorem Regni Rothmagistrum Cohortis Leniatae Generalem Auditorem exercitus Nostri ex idiomate germanico in polonicum translatum cernentes statuendum esse duximus quatenus praefato Authori eundem Librum typo imprimendi daremus facultatem, prout praesentibus damus et concedimus, Inhibentes ne quispiam audeat et praesumat similem Librum sive prout inscribatur sive titulo immutato sine consensu eiusdem exprimere et venum exponere sub confiscatione Librorum et poena mille Hungaricalium Authori in quovis Foro applicanda. In quorum fidem praesentes manu nostra subscripsimus. Sigilloq; Regni communiri mandamus. Datt. Thorunij die VII Mens. 9bris Aº Dⁱ MDCCIX Regni vero Nri Aº XIII.

Augustus Rex

Michael Augustinus Howel
S. R. Mtis Sigilli Regni Secretarius

Facultas Imprimendi Libri Rycerska Zabawa

338

Jacobus [illegible]

Zatwa[illegible] [illegible]

Woj. i Miejska Biblioteka Publiczna w Bydgoszczy BIBLIOTEKA Główna

Rkp 1223/8